

Que sanctorum patrum sanctionibus de prauitate symoniaca stabilita sunt — immunditiam suam correxerint, communione careant christiana.

L'ensemble de ces textes confirme ce que nous disions plus haut: MS tardif, et qui porte la trace de sa localisation à Val-lombreuse.

\* \* \*

Il nous reste à décrire un feuillet double (fol. 3-4) inséré en plein milieu de la *capitulatio* du premier livre de Burchard. S'il est postérieur au MS, c'est de très peu.

Il se termine (4<sup>ra-vb</sup>) par une liste papale. Le dernier nom écrit par la main du scribe est celui d'Innocent II (1130-1143); les quatre noms suivants sont dépourvus d'initiale, et les années de règne d'[A]nastase IV (1153-4) n'ont pas été indiquées.

En tête (3<sup>ra<sup>b</sup></sup>) nous lisons, d'une main différente de celle qui a transcrit la liste papale (et, semble-t-il, la lettre de Bruno de Segni dont nous allons parler), le texte du Concile romain de 1080 (CASPAR VII 14 a 480-482) précédé de la rubrique: Ex dictis GG septimi pape.

Entre ces deux pièces, nous lisons le texte intégral de la 4e lettre de Bruno de Segni. Cette lettre a été éditée par E. Sackur (*MGH, Libelli de lite* II 565) d'après un MS défectif de la Riccardiana. Pour faciliter et la lecture et l'analyse, nous reproduisons le texte intégral d'après notre MS[V], en indiquant les variantes du premier MS[R]. Nous avons omis les variantes orthographiques (sauf dans les noms propres).

[E]piscopis et cardinalibus sancte romane ecclesie B[runo] Signinus episcopus salutem.

Iam pridem misi litteras Portuensi episcopo, dilectissimo amico meo, in quibus eos omnes qui heresim defendunt, hereticos esse dixi. Dixi preterea omnes illos hereticos esse qui catholicam ecclesiam relinquentes ad partem Guiberti transierunt et eius impiam heresim defendunt et tenent. Neque uero ad partem W[ibertii] eos transisse intelligo qui eius heresim numquam lau-

4 omnes om. R    8 W] Guiberti R  
3 litteras: cfr. epist. 1

dauerunt, numquam defenderunt et si cogente necessitate uel aliqua ratione ad [h]oram consensisse uisi fuerint.

Hec autem heresis que est de inuestitura, ideo Wi[bertii] et He[nrici] specialiter esse dicitur, quoniam ad hoc Guibertus ab Henrico rege, immo ab ipso diabolo, papa ordinatus est ut rex per eum obtinere potuisset quod sibi a parentibus suis relictum esse dicebat, inuestituram s[c]ilicet et ecclesiarum ordinationes. Hoc enim erat quod ipse querebat, hoc erat quod per Guibertum se obtinere sperabat, hoc erat in quo ipsi a nobis maxime differebant. In aliis enim non multum a nobis differre uidebantur. Dampnabant et ipsi simoniacos et alia uitia aspernabantur sicut et nos. Sed ipsi seruitutem, nos ecclesie libertatem que- rebamus. Quicumque igitur dicit Guibertum hereticum non fuisse, negat nos catholicos esse. Catholici enim sunt qui catholice ecclesie fidem et doctrinam laudant et defendunt. Sicut e contra heretici sunt qui catholice ecclesie fidei et doctrine obstinato animo contradicunt. Quomodo autem contra fidem et doctrinam catholice ecclesie illi malitiose pugnaverint in sequentibus ostendemus.

Erat inter nos et illos de inuestitura questio non parua. De simoniaca namque heresi, ut iam superius diximus, nulla inter nos et illos questio erat, quoniam et a nobis et ab ipsis pariter illa heresis dampnabatur. Insuper et rex ipse plenam nobis securitatem facere uolebat quod numquam suo consilio uel consensu ecclesie uel ecclesiastice dignitates uenderentur, si sola inuestitura sibi a nobis concederetur. Omnes autem qui cum eo erant, illi placere cupientes, iustissimum hoc esse confirmabant ut sibi quoque concederetur quod predecessores sui tanto tempore possedissent. Nos e contra canones obponebamus et ipsas imperatorum constitutiones quibus ecclesiarum ordinatione et dispositione remouentur omnes seculares potestates omnesque laici quamuis religiosi.

Quare enim in romanis legibus dicitur quod ecclesie in nullius bonis sunt, nisi ut nos intelligamus quia sancta ecclesia non a secularibus potestatibus neque a laicis hominibus, sed a solo

10 aliqua] alia add. R    12 He] Enrici R    13 Henrico] Enrico R    19 Dampnabant] enim add. R    symoniacos R    20 ecclesie om. V<sup>ac</sup>, suppl. marg. V    26 illi]ibi R    pugnaverunt R    29 symoniaca R    31-32 securitatem hucusque R    39 laici — 40 religiosi: cfr. infra lin. 65-67    41 romanis legibus: e.g. Cod. 1.5.18, Inst. 2.1 § 7

45 Deo et uicariis eius ordinanda, disponenda et regenda sit? Querunt igitur reges malas consuetudines patrum suorum contra ipsas iustissimas leges predecessorum suorum.

Qui autem cognoscere uolunt quid catholica et apostolica ecclesia de inuestitura senserit, quid docuerit, quid iudicauerit et constituerit, legat in primo capitulo illius concilii quod temporibus Gregorii septimi pape factum est, et ibi inueniet omnes clericos dampnatos et excommunicatos esse quicumque de manu laici inuestituram suscipiunt. Similiter autem et in concilio Paschalis secundi pape omnes illi clerici dampnantur et a communione fidelium separantur quicumque de manu laici inuestituram suscipiunt et quicumque eis manus imponunt.

55 Bene ergo concordant inter se prima et ultima ecclesia, id est illa que fuit in tempore apostolorum et ista que nunc est in tempore nostro; sed illa generaliter, ista specialiter loqui uidetur. Ista enim illos clericos dampnat qui a laicis ecclesiam suscipiunt per inuestituram. Illa uero omnes illos dampnat qui per secularem potestatem ecclesiam optinent siue per inuestituram, siue sine inuestitura. Merito igitur apostoli, pleni Spiritu Sancto in ipso principio ecclesie hanc heresim dampnauerunt quam post tantum temporis futuram esse preuiderant. Fuerunt autem et alia concilia in quibus precipitur ut laici, quamuis religiosi sint, nulla[m] tamen ordinandi uel disponendi ecclesias habeant facultatem.

70 Dictum est igitur quid sancti patres a temporibus apostolorum usque ad nos de inuestitura et de ecclesie libertate senserint et quid de [h]is docuerint, iudicauerint et constituerint, quorum doctrine et constitutioni quicumque obstinato animo contradicit hereticus est. Et illa utique heresi hereticus est que de

69 libertatem male V

44 *Querunt* — 46 *suorum*: cfr. Goffridi Vindocin. libell. 4 MGH LdL II 691 lin. 12-13  
 47 *Qui autem* — 52 *suscipiunt*: Goffridi Vindocin. libell. 2, 685 lin. 6-10 et libell. 3, 688, lin. 27-30 50 *omnes* — 52 *suscipiunt*: cfr. Conc. anno 1080, Caspar VII, 14a p. 480 (in hoc MS ante hanc epistolam) cap. 1 52-53 *concilio Paschalis secundi*: Conc. Lateran. 1110, Pfluck-Harttung Acta II 197 53 *omnes* — 55 *imponunt*: Conc. cit. c. 1; cfr. Brunonis ep. 2 MGH LdL II 564 lin. 28-30 59 *illos* — 60 *inuestituram*: cfr. ep. 2 cit. loc. cit. 60 *qui* — 61 *optinent*: ibidem lin. 26; cfr. Can. Apost. c. 31, Hinschius p. 29 62 *Merito* — 64 *preuiderant*: cfr. Goffridi Vindocin. libell. 2, 685 lin. 15-18 et libell. 3, 689 lin. 4-5 65 *Laici* — 67 *facultatem*: Pseudo-Steph. c. 12 in Concilio Paschalis 1110 cap. 4

inuestitura vocatur. Que uidelicet heresis inter alias hereses nequissima totiusque christiane religionis perditio est. Hac enim uiolatur fides, ecclesia libertatem amittit, sacerdotium tollitur, 75 unicum et singulare ecclesie hostium clauditur et multa alia hostia aperiuntur per que quicumque intrat fur est et latro. Aliud autem est inuestitura, aliud heresis de inuestitura, sicut aliud est errare atque aliud hereticum esse. Tunc enim ille qui herrat hereticus fit quando errorem suum contra fidem et doctrinam catholice ecclesie defendere incipit. Et hec quidem est doctrina 80 catholica ecclesie ut per seculares potestates episcopi non fiant, ut et ecclesie a laicis non ordinentur, non regantur neque disponantur, et ut episcopi et abbates et ceteri ordines ecclesiastici a laicis non inuestiantur sed per hostium et non aliunde in ouile 85 introducantur. Hanc doctrinam tenere, credere, docere catholicum est, contra hanc pugnare, heresis est.

Tota autem ordinatio episcopi in sola electione et consecratione consistit. Hec autem prius quidem facta sunt a Christo, deinde uero a uicariis Christi. Et in apostolis quidem a Christo 90 facta sunt, quoniam ab ipso et electi et consecrati sunt. In aliis uero omnibus a nullis nisi a uicariis Christi fieri licet. Sunt autem uicarii Christi clerici quidem in electione, episcopi uero in consecratione. Ceteri uero omnes petere quidem episcopum possunt, eligere uero uel consecrare omnino non possunt. Quicumque 95 igitur, ante electionem et consecrationem, ecclesiam uel ecclesie potestatem ab aliis suscipere presumit nisi a uicariis Christi, hic iam non per hostium intrat sed aliunde ascendit, ut merito non inter episcopos computetur sed inter fures et latrones connumeretur. Dantur autem episcopo omnia a Deo quando consecratur, et spiritualia et corporalia bona quecumque ad ipsam ecclesiam in qua ordinatur pertinere uidentur, ut habeat ius et potestatem secundum Deum ordinare, regere et disponere omnia sine alicuius hominis contradictione. Si igitur omnia que habet 100 ecclesia data sunt episcopo in consecratione et nichil est in ipsa ecclesia quod eius iuris et potestatis non sit, quid est illud quod

97 presumunt V

75 *uiolatur fides* — 77 *et latro*: Brunonis ep. 2, 564 lin. 19-21 77 *fur est et latro*, 85 et 98 *per hostium et non aliunde*: cfr. Io. 10.1 88 *Tota* — 100 *connumeretur*: cfr. Goffridi Vindocin. libell. 2, 684 lin. 24-685 lin. 3 et libell. 3, 687 lin. 24-32 106 *quid* — 108 *habet*: similia in G. Vind. libell. 4, 691 lin. 25-28

ulterius sibi a rege per inuestituram dari possit? Omnis enim qui aliquid dat, ei dat qui nondum habet, non ei qui habet. Potest enim et rex post consecrationem per inuestituram regalem  
 110 auxilium et defensionem suam in rebus ecclesiasticis episcopo dare, res autem ecclesie quomodo dare potest? Manifestum est enim quod ea que diuini iuris sunt nullius in bonis sunt. Cum autem anulus et uirga ab illis dantur a quibus dari debent, et quando et ubi et quomodo debent, sacramenta ecclesie sunt,  
 115 sicut aqua et sal, oleum et crisma, et alia omnia sine quibus hominum et ecclesiarum consecrationes fieri non possunt. Aliter uero data, simulatio quedam sunt et ecclesiastice dignitatis illusio non parua. Magnam igitur iniuriam facit omnipotenti Deo quicumque tale aliquid agere presumit. Magnam autem et ille  
 120 creatori suo iniuriam facit qui ab illa persona hoc munus recipit quam ipsius Dei uicem non habere et tenere non dubitat. Explicit.

Nous laissons aux spécialistes le soin de commenter ce texte, plein d'enseignements. On aura noté le parallélisme entre notre lettre et la lettre 2, adressée à Pascal II, et aussi l'emploi qu'en a fait, en la démarquant, Geoffroy de Vendôme, quelques mois plus tard. Si Bruno se donne beaucoup de peine pour prouver que l'investiture laïque est une hérésie, il ne va pas, comme Geoffroy le fera, jusqu'à modifier un texte de Grégoire VII pour justifier sa thèse (16). Quant à son dossier canonique, il ne s'augmente guère (17): le fameux canon 'Laici, quamuis religiosi sint' se lit en effet dans le Concile de 1110. Toutefois, le texte prégnant

119 talem? V 121 non *supra lin.* V

108 *potest* — 111 *dare*: cfr G. Vind. libell. 4, 692 lin. 14-16 112 *ea* — *sunt*: Inst. 2.1 § 7

112 *Cum autem* — 116 *possunt*: cfr G. Vind. libell. 2, 685 lin. 35-38 et libell. 3, 689 lin. 20-23, libell. 4, 690 lin. 27-29, 691 lin. 1.

(16) Cfr. la note *Libelli de lite* II 685 6-10.

(17) Nous renvoyons à l'excellent ouvrage de R. GRÉGOIRE, *Bruno de Segni exégète médiéval et théologien monastique*, Centro Italiano di Studi sull'alto medioevo 3, Spolète 1965 120-122 et 404-405. Notons deux témoins du 'de sacramentis ecclesiae' dans des MSS canoniques: Firenze, Laur. S. Marco 499 2v-7 et London, B.M. Arundel 173 123v-132.

'Tota ordinatio episcopi in sola electione et consecratione consistit' et la qualification de 'uicarii Christi' appliquée aux évêques et aux clercs, dont la paternité était attribuée à Geoffroy de Vendôme, retrouvent leur véritable auteur (18).

Don Borino disait, paraît-il, que l'histoire de la réforme grégorienne ne pourrait être écrite que lorsque les canonistes auraient dépouillé et rendu accessibles à la recherche historique toutes les collections canoniques de cette époque. L'exemple, tout à fait fortuit, que nous versons aujourd'hui au dossier ne peut que souligner le bien fondé de cette affirmation. Le catalogue raisonné des manuscrits de Burchard de Worms, que nous préparons, fournira, nous l'espérons, des éléments précis permettant de nouvelles conclusions. Le droit canonique, si injustement décrié aujourd'hui, se doit d'apporter sa pierre à l'édifice complexe que bâtit l'historien.

(18) Cfr. R.L. BENSON, *The Bishop-elect*, Princeton 1968, 231.